

Kalocsa, in Hungaria, 1884. 15/4.

Magnifice et Eruditissime Domine  
Professor!

Magno honore me affecisti, dum - sicut  
e litteris clarissimi Viri Roume-  
quière intelligo, - novam *Gloeosporii*  
speciem nomine meo vocare vo-  
luisti.

Pro hacce benevolentia,  
quam a tanto scientiae Viro  
mihi exhibitam esse glorior, de-  
bitas referens grates, Te oro, ut  
quasdam elucubrationes botani-  
cas linguis a Te notis per me  
elaboratas, quas hodie cursori  
publico trado, serenâ fronte acci-  
pere velis.

Deum precor, ut Tibi fausta  
quaeque tribuat et singulari cum  
observantia moneo

Magnificentiae Tuae

obligatissimus servus

D. Ludovicus Haynald  
Cardinalis, Agens Colonicus